



A Via ex Pago Schleda B. Acidulæ. C Domus Inspectorum, in qva Am
terreæ Acidulis implentur. D Diversoriū. E Balnea Acidularia F. Pa

L.LXIII 20 Cl. M. VI. 43. 66986

ANCHORA SALUTIS

33513/A

SEU

DISQUISITIONES MEDICÆ

DE

Origine, antiquitate, differentia, Virtute, modo utendi, ac efficaci effectu

ACIDULARUM EGRENSIUM

His acceſſit

METHODUS

Ritè uſurpandi Balneum Acidulare

Mdd. V. 132.

in

Affectibus præcipuè externis jam à 30. & pluribus annis cum ſalu[illegible] recepta.

F. C. L. von LIBENECK
33513/A GRP.
Prague: Labaun 1725. 12/92



SUB

*GLORIOSISSIMIS AUSPI-
CIIS AUGUSTISSIMI
&
INVICTISSIMI*

ROMANORUM

IMPERATORIS CAROLI VI.

GERMANIÆ, HISPA-
NIARUM, INDIARUM,
HUNGARIÆ, BOHE-
MIÆ, DALMATIÆ, SCLA-
VONIÆ, &c. &c.

REGIS

POTENTISSIMI.

SUB RECTORATU

PRÆNOBILIS, GENEROSI, CLARISSIMI, ac CONSULTISSIMI VIRI

D. WENCESLAI XAVERII NEÜMAN DE PUCHHOLTZ.

J. U. Doctor: Sac. Cæs. Regiæque Majestatis Consiliarii, in Alma Cæsarea Regiáque Universitate Carolo-Ferdinandea Pragensi, SS. Canonum Professoris Regii, Publici, ac Ordinarii, in Inclyto Bohemiæ Regno Regii Fisci Adjuncti, & Advocati Jurati, Inclytæ Facultatis Juridicæ Senioris, nec non prænominatæ Almæ Universitatis Pragensis p. t.

RECTORIS MAGNIFICI.

SUB DECANATU

PRÆNOBILIS GENEROSI ac EXCELLENTISSIMI VIRI

D. SEBASTIANI FUCHS,

Philosf. Chyrurg. & Medicinæ Doctoris, Sacræ Cæs. Maj. Consiliarii, &: Personæ Medici, atque in hac Alma Universitate Pragensi Inclytæ Facultatis Medicæ p. t.

SPECTABILIS DECANI.

SUB PRÆSIDIO

PRÆNOBILIS GENEROSI ac EXCELLENTISS. VIRI

D. LEONARDI FERDINANDI MEISNER,

AA. LL. & Phil. ac Medic. Doctoris, Sac. Cæs. Regiæq; Maj. Consil. ejúsdemq; in hac Alma, Cæs. Regiáq; Univers. Praxeos Professoris Regii, Publici, ac Ordinarii, nec non Inclytæ Facultatis Medicæ SENIORIS.

Pro suprema Doctoratûs Medici Laurea

Publicæ Disquisitioni exposuit

FRANCISCUS CASPARUS LUDWIG de LIBENECK, Noricus Egrensis, A.A. LL. & Philos. Magister; Medicinæ Candidatus

Annô salutis MDCCXXV. Mense Juliø Die Horis post meridiem consvetis.

HONORI

PERILLUSTRIUM GENEROSORUM, ac CONSULTISSIMORUM VIRORUM

DOMINI
JOANNIS ADAMI
JUNCKER
de OBER-CUNREITH,
Domini in Libeneck, Reipublicæ
Egranæ Conſulis SENIORIS.

DOMINI
JOANNIS JOSEPHI
WERNDL
de LEHENSTEIN,
Domini in Ottengrün, Reipublicæ Egranæ Conſulis Conſenioris.

DOMINI
GEORGII ADAMI
de PRUSCHEN,
J. U. Conſulti, Reipublicæ Egranæ Conſulis.

DOMINI
JOANNIS CHRISTO-
PHORI ERNESTI
PRUSCH,
de NEÜBERG,
Reipublicæ Egranæ Consulis.

Cæterorúmque Prænobilium, Consultissimorum, ac Doctissimorum Dominorum Senatùs & Judicii Inclytæ Urbis Assessorum,

Dominorum meorum
ac
PATRONORUM
perquàm
GRATIOSORUM.





PERILLUSTRES, PRÆNOBILES,
GENEROSI, CONSULTISSIMIQUE
DOMINI,

Mæcenates Gratiosissimi.

SI, ùt olim *Sapientissimè teste Tullio* (a) *monebant Academici*, dux *cuique* Natura Sequenda est, *calle recto, ac minimè devio deductus equidem processi hodie, dum* Naturam ducem *secutus, atque* Paternis *insistens* vestigiis *ad Vos cum* Thesibus *meis confugi.* Sivè *enim* Facultatem, *cui studiorum ge-*

nus

(a) L. 1. Academicarum Quæstion. ante med. Item Lib. 4. & 5. de Finibus locis aliquot, & lib. 1. de Officiis post libri med. &c.

nus me addixerat, *sivè* Argumentum *de quo disceptaturus sum*, *sivè* Personam *meàmmet respicerem*, *ipse insusurrabat* Genius: ad Vos *mihi* esse eundùm. (*b*) *sed & ille*, *quô Bonas* Literas, *ac* Literatos *fovetis*, Favor *ad Auspicia Vestra invitabat. Quæ eadem mihi tot Experimentis in* me, *atque* meos *probata* Benevolentia *mihi pollicebatur.*

Ac primum quidem quod attinet, *ipsas etiam* Urbes *subjectas esse* Fatis, ægrotare, deficere, mori, *Politicorum* (*c*) *consensu edoceor. Seu enim illæ in* sublimibus Religionum *mentis patiuntur* Vertiginem, *seu* Ignorantiâ Legum cœcutiunt, *seu* Fide in Principes claudicant, *seu malignis* Mortis *exæstuant* Febribus, *seu* Intestinorum Motuum

(b) *Genius quò ducit eundum est.* Hemistichion Adagiale apud Emmanuelē Thesaurum in Inscriptionibus pag. 130. &c.
(c) Videatur Petrus Faber Lib. 1. Semestrium cap. 8. & 9.

tuum Colicâ *convelluntur*, *ſeu* Facultatibus *exhauſtæ* Phtiſim, *ſeu* Arrogantiâ *inflatæ* Hydropem, *ſeu* deliciis *corruptæ* Gangrænam, *ſeu* otiô *torpidæ* Lethargum *præferunt*, *ſeu aliiſquibuſque Rei Communi* noxiis Symptomatibus *laborant*, ſalute *carent* Publica, & Viribus amiſſis valere *non cenſentur*. *Vos ergo*, Patriæ Patres *Venerandi*; *dum Deceſſorum Veſtrorum* exemplô (d) *á Cunctis id genus* Civilibus Morbis *hanc præſervatis* Patriam, *ſalutares eſtis* Reipublicæ Æſculapii. (e) *In Vobis Diviniſſimi illius Adagionis:* (f) Multitudinem Sapientum ſanitatem eſſe Orbis Terrarum; *Æterna Veritas abundè eluceſcit*, *dum* Sapientiâ, Prudentiâ, Vigilantiáque *veſtra hoc* Urbis *noſtræ*

(d) V. Caſparus Pruſch: in Hiſtoria Egrenſi ſparſim. Balb. in Epitome Rerum Bohemicar. L. 5. in notis ad c. 8. init. &c. &c. (e) V. Bugnot. in Argen. Baul. L. 3. cap. 7. pag. 291. (f) Sapientiæ 6. v. 26.

ſtræ Corpus ſanum, & incolume *conſtantiſſimè permanet. Ut vel hinc aptè, ac opportunè Vos in* Mæcenates *elegerim* Medicus, *qui Regimine fortunatiſſimo* Artem meam imitamini, *&* *quâ nos Curâ* Civium ſingulis, Civitati univerſæ, (g) *prodeſſe ſatagitis.*

Beneficium nempe Veſtrum eſt, quòd Nomen *ſola* verum Antiphraſi, *ſono fallente Noſtra gerat* Civitas. (h) *Tam parûm* Ægra, *quàm* Bellum *eſt* bellum, lucet Lucus, parcit Parca. (i) *Adversùs* Corporum *quoque* Ægritudines â Natura, & Arte *tot proviſa* Præſidiis, (k) *ut & Oræ aliæ, Vicinæ, remotæque eam ſibi indies experiantur* Saluta-

(g) V. Lotich. in Encom. Medic. (h) Alluſio ad Nomen Æquivocum Urbis *Egræ*, quam & alii *Oegram*, alii, ſed malè *Ægram* Scribunt. (i) V. Iſidor in Opere Ethymol. & Bauhus. Lib. 2. Epigram. 50. &c. (k) Stransky in Republ. Bohem. c. 2. n. 19. pag. 114. Balb. in Miſcell. L. 3. c. 4. §. 8. p. 35. &c.

lutarem. *Testor Celebre illud, nec palato jucundius, quàm salubrius* Mulsum, *quod Majores nostri Avorum adhuc memoriâ Viciniæ propinabant. Testor* Po*pulis notam* Theriacen, *quæ ad invidiam* Mithritatis (*l*) *apud nos hodiedum conficitur. Sed* Fontem *imprimis* Acidum *testor, cujus admirabilis* Virtus, *&* Fama *Universos Germaniæ, Europæque fines usque adeò implevit, ut* maximorum Fluminum Gloriam *supergressa videatur. Atque hunc ego* Fontem *hodie in opportunum* Argumentum disputationi, *præsenti proposui. Ipso manuducente* Hippocrate. *Qui inter præcipua* Vim, *&* Indolem Fontium *considerari jubet, â* Medicis. Neque verò, *inquit,* (*m*) negligentiorem se circa Aquarum Facultates cognoscendas exhibere convenit. Quemadmodùm enim gustu diffe-

(l) V. Plin. lib.25. c.2. propiùs init. (m) Tomô 1. Operum de Aëribus, Aquis, & Locis. pag. 328.

differunt, & pondere, ac ſtatione, *ſic* quoque Virtute aliæ aliis longè præſtant. *Ità Magnus Hippocrates. Quandoquidem igitur, Mæcenates Gratioſiſſimi*, Fons *hic ipſò* ſitûs *ſuffragiô, ipſo* Originis Jure *Veſter eſt, hoc etiam novo ex Capite alia mihi, quàm* Veſtra Auſpicia *quærere, aut ſequi nec licuit, nec libuit. Veſtrum Vos habere oportebat Munus; & quod ipſa Vobis* Natura *adſcripſerat, à me quoque alteri, quàm Vobis inſcribi* Juſtitia, & Æquitas *non patiebatur.*

Quin & Communis *cum* Fonte Origo donum *Vobis pariter mancipabat, ac* donantem. *Qui nempe intra Mœnia* Urbis Veſtræ *natus*, Tutelámque *Veſtram expertus* ab Incunabulis, *Studiorum quoque ſuorum deinceps* Patrocinium *ubi aptiùs inquireret? quàm ibidem, ubi tot alii feliciſſimè repererunt. Hæc verò Veſtra, Viri Conſultiſſimi, hæc Deceſſorum Veſtrorum Gloria*: Muſas ſemper amâſ-

amâsse (n) *Ut hæ* extra Parnassum *se morari non credant, ad Vos cùm diverterint; neque secùs in Urbe Vestra, quàm domi suæ libentes hospitentur. Hic suus* Appollini Medico *in* Hippocrenen Fons. *Hic* Belli, *hic* Pacis Laureæ. *Neve* Apollineum Insigne (o) *quis desideret, ipsa* Territorii *Vestri Figura* Arcûs attracti speciem *exprimit. (p) Hic nempe totus* cum Musis Apollo. *Quem qui* quadriformem *repræsentavêre Mythologi,(q) Vestrum Sapientissimum* Quatuor Viratum *designâsse* in Symbolo *possunt existimari.*

Quibus igitur ante Annos Septem, *&* Triginta *dilectissimus* Genitor *meus Sanctos* Medicæ Facultatis Tutelares, Cosmam,

(n) Videatur citatus Stransky Capite, & paginâ citata, Pruschius, &c. &c. (o) Apollinis insigne *Arcus*. V. Racis. Officin. L. 3. c. 35. p. 285. &c. (p) Balb. in Miscell. loc. cit. (q) Apud Masen. in Speculo Imag. Verit. Occultæ cap. 22. n. 38. & 37. &c. (r) Allusio ad Titulum Thesibus præfixum.

ſmam, & Damianum *in Panegyrico ſolenni ſacraverat, Iiſdem ego in præſentiarum* Theſes *háſce* Medicas *reverentiſſimo affectu do, dico. Fidenter ſperans, quòd quâ olim Benignitate* Patrem, *eádem hodie excipietis* Filium, & *quô Utilitatem*, Salutémque Publicam *ſtudiô promovere conſueviſtis, hanc quoque* Salutis Anchoram (*r*) quinquennali Curſu *defeſſæ* Rati *in* Portu Veſtro *ſuffigi patiemini. Ego verò læto* Celeuſmate, *paſſa hactenus* Vela Complicabo, & *apposita Apluſtri* Laureâ Portûs, & Votorum *compos requieſcam.*

Perilluſtrium, Prænobilium, Conſultiſſimarum

DD. VV.

Cultor, & Cliens devotiſſimus,

FRANCISCUS CASPARUS LUDWIG de LIBENECK.



PRÆFATIO.

INcomparabili pretio eſt æſtimanda humana ſanitas, ità, ut omni potentiæ atque divitiis hominum meritò præripiat pondus; Huic tum conſervandæ, tum etiam reſtituendæ Ter Optimus Maximus DEUS omnibus competentibus remediis benignè providerat; Inter quæ profectò non infimum ſibi vendicant locum tam varii & ſalutares fontes ex terræ anfractibus & cavernis utpotè ex ubere Matris copiosè ſcaturientes, qui

tantæ diverſitatis, virtutis, imò & vitii quandóque ſunt, ut eorum Diatheſim nec Ars Spagyrica, nec calamus numerum, nec ratio mirabilem effectum valeat perſcrutari. Dantur enim in Boëtia fontes Ingenium acuentes & memoriam confortantes, dantur etiam è contra memoriam minuentes. In terra Phrygia notantur duplices fontes, quorum unus riſum, alter fletum cauſare dicitur. Alius iterum, de quo fuſiùs loquitur Petrus Joannes Faber in Hydrogr: Spagyr: in Avernia in Suburbio Claro montano ſitus, qui ab ambiente aëre lapideſcit; in terra Heſtiobis ex Fonte Ceron bibentes oves nigreſcunt, bibentes autem ex Fonte Melos iterùm albeſcunt; Aphrodius fluvius

vius Pyrha dictus inducit bibentibus & balneantibus ſterilitatem, Fons Navor non procùl à fluvio Anas ſitus carnoſas partes injectas uſque ad oſſa cōſumere fertur; Fons Fortis in Agro Lugdunenſi, Lincenſis in Macedonia, ac fons in Inſula Naxo permodùm vini ebrietatem inducere ſcribuntur; De Lynceſte Ovidius 15. Metamorph: meminit; dum inquit:

Hoc fluit effectu diſpar Lynceſtius amnis
Quem quicunque parùm moderato gutture traxit;
Haud aliter titubat, quàm ſi mera vina bibiſſet.

Et Propertius de Naxo.

En tibi per medium bene olentia flumina Naxon
Unde tuum potat Naxia turba merum.

Hæc omnia autem, & mul-

 ta

ta alia imperſcrutabilia naturæ myſteria ſunt, quæ reſpectu noſtri genij humani explicanda Ars valde longa eſt, è contra vita brevis, judicium difficile, ac ingenium noſtrum valde leve talia perſcrutari, licèt autem tot, & tam mirabilis virtutis in toto orbe terrarum diffuſi fontes ſcaturiant, ſic tamen de pluribus, magíſque ſalutaribus, quàm noxiis gloriatur noſtra Germania; veluti omnes & ſingulos recēſet Jacobus Theodorus Tabernomõtan⁹ Medicinæ Doctor in ſuo Theſauro Aquarũ Mineralium. Verùm & unicum Regnum Bohemiæ etiam tantùm in ſuis confinibus ab immemorabili tempore plures ſuppeditat, ità ut reverà gratiſſimô piiſſimóque animô loqui nos oporteat: Dominus

nus DEUS noſter deduxit nos in terram bonam, in terram, in qua aquæ & fontes ſunt, Deuter p. 8. v. 7. De quibus, cùm abundè libri conſcripti habeantur, ego hic loci non nisi de Acidulis Egrenſibus, mihi per meum, in ævum honorandum D. Parentem ibidem loci actualem Phyſicum Seniorem, & ultra 30. annorum Spatium Practicum cunctis notiſſimum quàm optimè notis enucleatè & breviter diſcurram, ac publicè ad rei veritatẽ meliùs eruendam approbandámque in Conſeſſu graviſſimorum ac doctiſſimorum Virorum coram Senatu, populòq; Academico pro mea tenuitate reſpondere conabor. Faxit DEUS ut omnia cedant ad ſui Nominis majorem Gloriam, &

Proximi ſanitatis, tum conſervandæ, tum etiam recuperandæ avidi, emolumentum.




DIS-



DISQUISITIO I.

In qua

orIgo saLVtarIs, & qVIDDItas CLarè sVppeDItatVr.



Uòd olim de Loco Acidularum etiã ſpecialiter ſcripſerint Authores præſertim Mathæus Hornik, & Petrus Macaſius Medic: Doctores, duplex pro tunc eos commovit ratio, prima fuit, quia in Diſtrictu Egrenſi plures & diverſæ qualitatis ſcaturigines Acidulares emanabant, quæ tamen in contentis mineris nota-

biliter inter ſe fuerant diſtinctæ. Harum una tunc temporis uno quadrante milliaris ante Civitatem non procul à Pago Lehenſtein dicto habebatur, & non solùm populo pro potu ordinario sed etiam pro conſervanda, & reſtituenda ſanitate ordinariè à Medicis ordinabatur. Erat quidem D. Joannes Rubinger Medic: Doctor multorum annorum ibidem Practicus ac Phyſicus pro tunc ſolicitus, ut ſingulos circumjacentes fontes penitùs examinaret, attamen ob belli diſſidias ſuæ bonæ Intentioni nequaquam ſatisfacere potuerat, ſed solùm Alberaitenses Acidulas vulgò den Buch-Sauerling apud plurimos patientes cũ bono emolumento uſurpabat; Tandem obſervans hodiernas

reſpe-

respectu aliarum tam ratione contentorũ mineralium, quàm etiam frequentioris, feliciorisq́; effectûs esse multò efficaciores, præ omnibus cæteris eas pro usu Medico est amplexus, hunc etiam supra citati Medici, & alij Universitatibus incorporati ob eandem causam potissimùm in morbis chronicis secuti, ità ut & hodiedum Acidulæ Egrenses per totam ferè Evropam in desperatis, conclamatísque affectibus pro anchora salutis meritô habeantur. Altera ratio penitiùs considerandi, describendíque locum acidularum erat hæc: quia plures Extranei Medici scripsêre Acidulas Egrenses scaturire propè suburbium, in quo passu minùs certiores redditi fuêre. Quòd tamen hasce

hodiernas & non alias in ſuis ſcriptis intellexerint, patet ex hoc, quia ſpecialem faciunt mẽtionem, quòd propè has etiam aliæ ferinæ & minùs ſanæ ſcaturigines Acidularum ſint reperibiles, & bene meminère, nam ferinæ illæ, ſeu ſpuriæ Acidulæ dictæ non nisi aliquot paſſibus ab hiſce huc uſque uſitatis Orientem versùs ſunt ſituatæ, Priores autem uſuales, uti jam ſuperiùs innui, medio ferè milliari diſtant à Civitate versùs ſeptentrionem ad Orientem aliquomodo vergentes, interiùs cava arbore, exteriùs verò quadratis lapidibus ſibi connexis, ſunt munitæ, hinc firmis ligneis Cratibus circumductæ; harum Acidularum Scaturigo per quàm clara, pellucida, ac Cryſtallina

eſt,

eſt, & permodùm bullientis aquæ cum aliquali ſpuma & bullulis mox diſparentibus, frigida; & recens efferveſcit, ſulphureum parùm ſpirat odorem, ac per gratum guſtanti ſuppeditat acorem, hinc palatum, & gulam aliqualiter quaſi ſtringit, & moderatè ſiccat, interim gratioſus ſitientibus exiſtit hauſtus. Dicuntur etiam Acidulæ hæ ſchledanenſes vulgò **Schleder-Sauerbrunn** à Pago **Schleda** propè earum ſcaturiginẽ ſito, quod nomen in hodiernum diem à plurimis iis tribuitur. Originem & antiquitatem Acidularum quod attinet, Coætaneæ cum Civitate Egra eſſe cenſentur, nã dum fides Annalibus ante quadringentos annos conſcriptis, ac in Cænobiis & Monaſteriis vicinis

vicinis aſſervatis habenda, certum eſt; præſertim autem Caſparo Bruſch Patricio Egrenſi, & Comiti Palatino, qui certè multa memorabilia Civitatis Egræ, & plurium milliarium Circumferentiæ Territorij genuinè demonſtrat, idémque cum Annalibus conteſtatur; Dominabantur enim; ſcribit ille, Civitati Egræ Marchiones de **Bohenburg**, quorum unus Elnbognam & Egram funditus exſtruxerat, quod longè ante ſexcentos annos contigerat: quod ipſum in Extracto Chronicæ *Aventini* habetur, ubi plurium Principum, & Comitum ſpecialiter autem Marchionum de **Bohenburg** Genealogia recenſetur: in Materia Acidularum ſcribit ulterius ſuprà citatus Caſparus

Bruſch

Bruſch hæc formalia: Es wäre vor dem Bruckthor der Stadt Eger eine halbe meil ein edler und berühmter Brunn entlegen / hätte Sauerwaſſer/ dahero von dem anſtöſſendē Dorff Schleda/der Schläder Sauerling genant. Dieſes waſſer währe sehr geſund und luſtig zu trincken/ werde in Sommer von dem jungen Volck Knaben / nnd Jungfrauen Täglich hauffenweiß in Krüglein in die Stadt getragen / und allda denen armen Handwercks-Leithen und gemeinen Mann verkaufft. Quòd autem hæ ipſæ Acidulæ non ſolùm ante ſexcentos annos inventæ, verùm etiam jam tunc multùm æſtimatæ fuerint, probat id fuſiùs in ſuis ſcriptis præmemoratus Author, ubi etiam ipſius Imperatoris Friderici Annô 1179. adven-

adventum Egram commemorat. Plurium autem gloriosæ memoriæ Imperatorum, & Regum, aliorúmq; Principum meminit in ſuo Tractatu Auguſtinus de Bois Medic: Doct: & Phy: Egrenſis. Territorium Acidularum circacircum ad centum paſſus à continuis vitriolicis & ſulphureis exhalationibus veluti pruinoſum partim etiam ſubflavum conſpicitur; qui Ros pruinoſus habet vim à ſuis mineris emanantem, aliqualiter adſtringentem, & carbonibus injectus ſulphureum ſpirat odorem; In ſicciori æſtate tam copiosè exhalat hæc materia pruinoſa, ut permodùm alicujus craſſioris corticis terram veſtiat, ac in aliquibus locis à ſolis radiis permodum vitrioli calcionati rubeſcit:

& hinc

& hinc inde in minori attamen quantitate in Cryſtallos coagulatur, hinc ſi prænominatus cortex ad rubedinem calcinetur & aliquamdiu in aqua communi infundatur, ac per manicam Hyppocratis coletur, ſuppeditat lixivium hordeaceæ Cereviſiæ in colore non ab ſimile aliquomodo adſtringens, Lixivium hoc in vaſculum ligneum infuſum, in copioſas albas, ſimúlque aliqualiter ſubfiavas etiam per unam tantùm noctem concreſcit Cryſtallos, ſaporis ſalini, magis tamen permodùm Vitrioli adſtringentis, quæ in exigua Doſi permodum lenitivi etiam alvum ſolvunt; non dubito, quin & ſimile lenitivum remedium commodè pro uſu medico poſſet uſurpari; habetur etiam in no-

ſtrorum

ſtrorum Anteceſſorum manu-
ſcriptis, quòd ante multos an-
nos in eodem loco Vitriolum
fuerit præparatum. Territori-
um hoc Egrenſe non ſolùm a-
mœnum, ſed etiam inhabitan-
tibus percommodum eſt, quòd
plurimùm à Ventis Favoniis &
Zephyris perflatur, irrigatur flu-
viò famosô Egra dictô, unde &
Civitas nomen traxit, reſpectu
Regni Bohemiæ & aliarum vici-
narum Provinciarum aliquan-
tùm altiùs eſt ſitum, planum ta-
men montibúſque circumvalla-
tum, ſiligo colitur ei copioſior,
Aërem etiam ſat temperatū par-
ticipat aliquatenus recentē, hinc
etiam ejuſdem Incolæ animô &
corpore ſunt fortes & ſani, &
non multis ſubjecti morboſis
affectibus, veſcuntur cibis mo-
deratis

deratis, laboribùſque magis dediti videntur, aqua reſpectu aliarumEorum quaſi durior eſt, ob particulas, quas ſecum vehit nitroſò-martiales, hinc non mirùm, quòd ibidem loci tam ſalutares ſcaturiant Acidularum fontes. Quidditatem Acidularum quod attinet: *ſunt aquæ Medicatæ Vitriolô Martis conſtantes*, hoc eſt minerâ martiali à ſpiritu acido ſulphuris embryonati (id eſt ſulphuris, quod adhuc in fieri eſt) arroſa, & mediante aqua diſſoluta. quod fit & probatur ſecundùm experientiam Rochas ſcriptoris Gallici, Tract. *Scrutinium aquarum mineralium* C. 2. Fodiendo nimirùm uſq; ad ſcaturiginem fontis acidi reperitur, quòd aqua quædam ſimplex & inſipida currendo per terram

mineralē evadat ſalſa, hæc curſu ſuo tandem venam Martis penetrat, & corrodit, hinc exſorbendo, ex eadem Acidulæ conſtituuntur.

DISQUISITIO II.

MIneras, qVæ In ACIDVLIs Latent, eXhIbet.

DIximus Acidulas eſſe aquas medicatas Vitriolô Martis conſtantes, quæ dicta omninò ſunt eſſentialia ingredientia illarum, cùm autem Vitriolum rarò purius reperitur, nonnihil de Vitriolo Veneris ei permixtum ùt plurimùm cenſetur, quāquàm hoc quidam negent, & impoſibilitatē duobus argumentis

tis evincere conantur : primum eſt; quòd Mars & Venus ſint ſimul incompatibilia, & dicunt ſolutò in aqua vitriolô, clara & perſpicua apparet ſolutio, cui indita limatura Martis ità præcipitat Venerem, ut inſtar Cruſtæ ſupernatet, ob acidum ſulphureum, quod immediatè Martem, & non Venerem aggredi ſolet. Hinc ex Solutionibus Veneris per baccillos Martis omne acidum elici poteſt; unde ſi conjungantur Mars, & Venus, Venerem per præcipitationem ſeu ſeparationem mox cadere putant. Secundum eorum argumentum eſt: quòd quæcunque ſolutio, quæ tantùm vel minimum de Venere participat, vomitum cauſet, quod tamen Acidulis neutiquam adſcribi poteſt,

teſt, nisì fortaſsè, dum in exceſſiva Doſi aſſumuntur. Aſt rationes hæ experientiæ contrariantur: Vitriolum enim mixtæ naturæ mediante aqua ſolutionem æquè habet perſpicuam, ac Venus ſinè limaturæ Martis injectione non præcipitatur, prout per accidens tantùm quãdoque de Venere Acidulas participare, & Vomitoriam vim exerere interdum Rochas locô citatô etiam conteſtatur. Primarium itaque & Eſſentiale cõſtituens Acidularum eſt ipſum Vitriolum Martis, ità manifeſtum ut idnè quidẽ externos lateat ſenſus, per præcipitationemque optimè comprobatur; nam decocto vel infuſo Gallarum permiſtæ Acidulæ permodum atramenti nigreſcunt, itèm

pem

per Ochram, quam hinc inde deponunt, quæ eſt mineraMartialis in ſubſtantiam Croceam ſoluta; non minùs per guſtum, cujus ſapor eſt acido-dulcis vitriolicus quaſi, tandem ab ipſomet effectu, quandoquidem Acidulis potatis excrementa nigra dejiciuntur, non ſecùs ac ſolutiones Martis artificiales vitriolaceæ efficere ſolent. Quod ipſum fuſiùs demonſtrat Sennertus Cap. de Dyſſent: ultima quæſtione. Quidam etiam Acidulas probare volunt per deſtillationem, & evaporationem, ſed hic modus fallax eſt, quia in deſtillatione multũ de volatili ſubſtantia tranſit peralembicum aut planè evaneſcit, ſecundò etiam Remanentia mediante igne alteratur, & nova conſtituit cõ-

creta, adeóque contenta ſic con-
fuſa, colliquatáque aliam ob
ignis vehementiam acquirunt
conſtitutionem, & texturam;
ſi quandòque Acidulis quidquã
de Alumine concedatur, opti-
mè per evaporationem innote-
ſcit, illud enim, quod alumino-
ſum eſt, infundo Alembici fi-
gura Octoëdrica concreſcit;
quòd autem de Nitro Egrenſes
participent, indubium eſt, nam
ſi eis aqua ſalſa commiſceatur,
turbantur, hinc ſic turbidæ lac-
teſcunt; Et proùt ſcribit D. Ma-
caſius in ſuo Tract: in fine Ca-
pitis 2. quòd quidam ex his Aci-
dulis Nitrum elicere voluerint,
aſt oleum & operam perdidêre,
quia Nitrum Acidularum mul-
tò ſubtilius, purius, & magis,
quàm com̃une volatile eſt. De
Sul-

Sulphure quidquam ineſſe patet tum ex odore, tum etiam ex eructatione potarum, dum nares quaſi ad niſum diſponendo blandè feriunt; idque ex earum Genealogia meliùs confirmatur, ſicut enī Venæ ſeu mineræ Martis immaturæ (ſub maturatione attamen conſtitutæ) in quibus ſemper reperitur ſulphur, quod pariter nondum perfectum eſt, ſed adhuc in fieri conſtitutum facilè hinc ſuum ſpiritum Acidū eructat, quo aqua imprægnatur; ſivè autem acidus ille ſpiritus aquas per anfractus, meatúſque ſubterraneos tranſcollatas imprægnet ante ipſius mineræ ſolutionem, ſivè poſt ſolutionem, ſivè etiam peracta jam ſolutione præterfluentes aquæ lixivium quaſi Martiale Vitrioli-

cum exſorbeant, par eſt ratio.

Secundò etiam comprobatum noſtris Acidulis ineſſe ſulphur im deſtillatione per flores in roſtro retortæ adhærentes, proùt & per ſalia per decoctionenē cryſtalliſata, quæ prunis injecta ſulphureum manifeſtant odorem, quòd autem inexiſtens hoc ſulphur ſolarem æmulet virtutem, adjungo literas D. Paperini Viri expertiſſimi Principis de Toſcana tunc temporis in Boëmia commorantis, nunc verò ad magni Ducis Hetruriæ Thronum eleuati, Archiatro, meo Domi- Parenti, ratione Acidularum Egrenſium tranſmiſſas; Hic (ùt priùs referram) utpotè totius Evropæ aquas minerales viſitans etiam Annô 1701. Egram appulit, & mediantibus ſuis inſtrumentis

mentis hydrometris in præſentia D. Parentis Die 18. Maji memorati anni ſerenô Cælô ponderaverat Egrenſes, quæ repertæ ſunt in gradu decimo tertio calidæ, gradu 30, verò graves ; quod bene eſt notandum, & ille ipſemet D. Archiater admiratus eſt, quo in paſſu ratione prædominii particularum mineralium Theſis exorta eſt, & licèt ei ſuperabundans rubicunda Ochra, utpotè prædominio mineræ Martis in Canalibus adhæreſcens monſtrata & remonſtrata fuerit, ob acriores tamen præſapiẽtes nitroſo-ſalinas particulas acquieſcere noluit, verùm quantitatẽ collectæ Ochræ & aquæ Pragam abituriens ſecum acceperat, & poſt exactius examen factum ſequentibus.

reſcripſit: Pragæ 12. Auguſti 1701
P. T. ut ea, quam debeo, promp
titudine, votis Dominationi
ſuæ Excellentiſſimæ occurram
quid circa iſtas Egranas acidu
las obſervaverim, breviter pro
feram: variis modis tam aquã
quàm Ochram Crocei coloris
quàm mecum ex ipſo Canali Pra
gam tuli, diligentiùs ac potu
examinatis, perpensíſque iis om
nibus qualitatibus, quæ ex varia
alteratione aquæ, & Ochræ ar
tefacta manifeſtabantur, mihi
in eam cognitionem veniſſe vi
deor, in aquis Egranis primum
exiſtimo locum vitrioli martia
lis, deinde nitri, ac poſtea auri
mineram obtinere. Hinc op
timas eſſe exiſtimo pro his mor
bis, in quibus (pectus excipio ob
earum inſignem aciditatem) ab
ſterge

ſtergere , deobſtruere , refrigerare , ac corroborare convenit, &c. Hæc ille.

Quòd autem dicta mineralia in proportione varient , & non in una eadémque maneant qualitate, guſtu percipitur, nã quandóque acriùs , & fortiùs quandóque minùs papillæ lingvæ nerveæ feriuntur , minùs tunc temporis , dum ſalia mineralia per copioſiorem aquam ſunt magis diluta , quod contingere ſolet in diuturniore tempore pluvioſo ; nam etſi Acidulis nullus fluvius , aut aliĳ fontes ſint contigui, ſic tamen ſquammoſum , ſpongioſúmque circumjacens territorium multùm de pluvia imbibit , indéque Acidulæ copioſiorem aquam participare ſolent , quòd etiam à nebuloſiori aura contin-

contingit. Econtra quò calidi-
or, ſiccior, & ſerenior aura ex-
ſtit, tantò penetrātioris qualita-
tis Acidulæ habentur. Quæ
omnia diſpoſitioni Aëris craſſi-
ori; aut ſubtiliori, ſunt adſcri-
benda.

DISQUISITIO III.

QVaLItates ACIDVLa-rVM InqVIrIt.

QVamvis Acidulis noſtris nulla alia vis, nec quali-
tas attribui poſſit, quàm qua ab
im̃emorabili tempore ſuum exe-
rerint effectum ſalutarem, hi-
loci tamen cujuslibet inexiſten-
tis mineræ qualitatem pertrac-
tare penitiùs nobis eſt animus:
initium faciendo à minera Mar-
tis

tis, quæ in miſtura ſua materiali copioſiſſimis particulis terreſtribus & alkalinis conſtat, ſeu principio ſalino-ſulphureô, & permodùm acidô, ſed paucô aliquomodo fixô, hinc ob fixitatem ſolari principio vicino, crudiori tamen & immaturo, tandem Mercurio, ſeu principio fluido alkalino volatili pauciori, quantùm nimirùm ſufficit pro conjungendo ſulphure cum ſale. Inde patet martem diverſis conſtare viribus, circa quas varii in varias abeunt ſententias, duplicem tamen Marti ineſſe qualitatem plures conveniunt Authores; unam ſubtiliorem aperientem, alteram terreſtriorem & fixiorem adſtringentem; Vis aperitiva in volatiliori parte reſidet, ac proinde in

ſale;

ſale; vis verò adſtrictiva in terreſtriori, craſſiori, & fixiori latitat. Unde acidum vitioſum in corpore noſtro exiſtens deſtruit, & abſorbet, ratione cujus etiam varios Martis experimur effectus, ut nunc aperire, nunc obſtruere dicatur, proút nempe acidum, in quod Mars ſuam ſpicula figit in primis viis variat. In genere igitur calorem bilis, & aliorum humorum efferveſcentiam temperat, obſtructionem reſerat, & viſcera firmat. Vitriolum genericè ſumptum eſt ſal minerale metallis proximum, cujus varia habentur genera pro natura mineræ, quam in ſe continent, differentia. Hìc & nunc de vitriolo Martiali nobis eſt ſermo, cujus vires ſunt moderatiſſimè & ſub-

cale-

calefaciendi, & adſtringendi, unde viſceribus abdominis amicum, quandoquidem confortat ventriculum, acidum ſtomachale acuit, putredini ac vermibus reſiſtit, & nobile diureticũ exiſtit. Tertium inexiſtens Acidulis Egrenſibus eſt Sulphur, quod nihil aliud eſt, quàm reſina terræ, chalcantoſa ſiuè vitriolica aciditate prædita, duplex autem aliàs à Medicis in ſulphure ſubſtantia conſideratur, una volatilis acida, altera pingvis bituminoſa, ratione hujus pectori dicatum eſt, ut paſſim ob egregias virtutes pulmones conſervandi, & quæcunque vitia pulmonum abigendi balſamus vel anima pulmonum nuncupetur. Reſpectu prioris ſubſtantiæ verò pulmonibus ſuò modô inimi-

cum



cum eſt, præſertim cùm jam quapiam labe affecti eſſe ſuſpi cantur; quare & acidularum u ſus minùs proficuus eſt, etiam tantùm diſpoſitis ad phtyſim, prout inferiùs pluribus innue mus, ubi, in quibus morbis aci dulæ ſalutares ſint, diſcurremus: quia tamen in his acidulis a aliis coinexiſtentibus correctum & temperatum, ejúſque acid aquâ dilutum eſt, etiam eidem unà cum cæteris ſua laus non demeretur, & retinet ſuam vim aperiendi, incidendi, venenis ac putredini reſiſtendi. Nitrum quod attinet, ſalvis aliorum opinionibus nos dicimus eſſe concretum ſalſum penetranti ſimæ & volatiliſſimæ naturæ: ſaporis amaricantis ex acido ſpiritu cum alkali ſociato con

ſtam

ſtans, quibuſ etiam copioſæ particulæ ſulphureæ ſunt intertextæ; de qualitatibus nitri multi diſconveniunt Authores, & ſunt qui calidum, ſunt & qui frigidum eſſe exiſtimant, in acidulis noſtris exiſtit polychreſton, quandoquidem vim habet ſanguinis coagulationi & putredini reſiſtendi, eundem fluidum ac mobilem conſervandi, exæſtuationem & ſitim compeſcendi, dolores varios mitigandi, ac ſaburram tartaream reſolvendi, & diſcutiendi, & certè proùt Etmillerus loquitur, nîl magis coërcet efferveſcentiam, ſalis volatilis, & ſulphuris microcoſmi, quàm nitrum. Et hæc ſunt præcipua acidularum Egrenſium ingredientta, ex quibus ſal quoddam ejuſdem cum mineris vir-
 tutis

tutis enixum habetur, & communi nomine ſal acidularum intitulatur. Ex quibus his particulariter enarratis interſe invicem mixtis, aquâ dilutis, temperatíſque univerſalis Acidularũ uſus facilè colligitur; videlicèt ratione ſubtilis acidi volatilis embryonati ſunt inciſivæ, blandè abſterſivæ, & reſolutivæ, primas vias, & maſſam ſanguineam mundificantes, hinc ſordibus primarum viarum eductis ſingulariter promovent diureſim, & vias urinarias debitè purificant; ratione Martis corroſalia vitioſa, acida, auſtera, aut aliô modô corpori nociva, errore primæ digeſtionis genita, ac primas vias, hinc Maſſam ſanguineam occupantia abſorbent, & per alvum evacuant

Certum

Certum enim eſt, quòd bibitæ Acidulæ ab alcali in toto corpore præſente præcipitentur, hinc pergendo per primas vias reſerant, & eluunt quoſvis meatus, ac inſtar aquæ limpidæ copioſo urinæ fluxu, & quidem eadem, qua hauſtæ ſunt copiâ abſque omni incommodo denuò excernuntur. Mars námque, cùm præcipitatur, imbibit vitioſa iſta tartarea acida, & quæcunque ſalia vitioſa, eáque ſecum ſub forma excrementorum nigrorũ per inferiora abripit; quod ſignum eſt Acidularum bene operantium; Id quod ſimiliter fieri ſolet poſt uſum quorumcunque medicamentorum martialium, ſeu ex Marte præparatorum. Aqua Acidularum in ſe & ſecundùm ſuam naturam,

qua menstruum, & vehiculum salium abstractum considerata refrigerat, & humectat, hinc ratione suæ qualitatis omnino calorem nativum aliquatenus debilitaret, nisi per mixtionem recensitorum salium mineralium imbuta; imprægnatáque potaretur; unde & virtus ejusdem refrigerans & humectas ob suam temperiem tantò nobilior existit. Neutiquàm autem velim Acidulas nostras ità extollere, ut in omnibus omnia præstarent, & non secùs ac quodpiam universale remedium veluti Panacæa solæ & unicæ proficerent sinè discrimine assumptæ, sed plura ad debitum earum usum, quæ in Disquisitione 6 dicemus prærequiruntur.

DIS

DISQUISITIO IV.

In qVIbVs MorbIs ACI-DVLæ sInt saLVtares? refert.

PRænotatis jam iis, quæ de Origine, Loco, & mineralibus Acidularum ſcribere oportuit, antequam de modo utendi diſcurramus, priùs neceſſariò inquirendum eſt, in quibus morbis Acidulæ cum ſpe reſtituendæ priſtinæ ſanitatis valeant uſurpari. In hoc paſſu autem genericè loquendo omnes conveniunt Scriptores, quibus & nos tum ratione, tum etiam multiplici experientia ducti lubentes ſubſcribimus; & Anchoram ſalutis ex eadem ratione Acidulas intitulamus, quia

in omnibus morbis chrónicis qui vitiô primæ digeſtionis ger-minantur, ac alia remedia etiſ peroptima eludunt ſalutare exi-ſtunt Polychreſton: proùt ſunt quæcunque hypochondriacæ ſcorbuticæ & ſpleneticæ affecti-ones, in Ictericis diſpo ſitionibus affectibus & crebrioribus ejuſdē Icteri recidivis infallibile reme-dium notantur, non minùs ne-phriticis vias urinarias eluen-do, & febribus intermittentibus chronicis ſpecialiter quartaniis auxiliantur; unô verbô in quan-cunque Cacochymia biliosa & melancholica quàm optimè con-ducunt. Ut autem ad ſpecia-lia deveniamus; ſciendum eſt acidulas prodeſſe in morbis ca-pitis per conſenſum inferiorum partium oriundis; quando vi-

delicet

delicet in ventriculo; hypochondriis, inteſtinis tenuibus, meſenterio, liene, aut utero humores vitioſi atque corrupti ſtabulantur, ac exinde per vaporis aut humoris heterogenei communicationem, vel per ſolam membranarum, aut nervorum communionem caput afficitur, veluti contingere ſolet in catharris calidis, acribus, & ſalſis, fibras & filamenta meningum nervea ità vellicantibus, & diſtendentibus, ut & inde vigiliæ, vertigines, tremores, convulſiones, ac Epilepſiæ ſuam radicem nanciſcanrur, in quibus his per conſenſum ſcilicèt productis ſymptomatibus quàm optimè opitulantur. Paræſes & contracturas, ſi non omninò inveteratæ fuerint, tam ad in-

tra aſſumptæ, quàm permodúm balnei adhibitæ radicitùs tollunt. Præterea faciei rubori, ac oculorum ophtalmicis affectionibus contrariantur; ſingulariter autem fermentum ventriculi acuunt, ac exaltant, hinc appetitum mirum in modum conciliant, digeſtionem adjuvant, ructúſque tum acidos tum nidoroſos ejiciunt, Ardorem ventriculi, ſeu ſodam, & Cardialgiam ſopiunt, atque vomitum matutinum materiæ pituitoſæ, & aquæ, quam vulgò daß Hertz-Waſſer appellant ſingulariter compeſcunt. Inflationem ventriculi ac flatus diſſipant, Chylificationem adjuvant, læſámque corrigunt, ac meſenterij & viſcerum reſerant obſtructiones, unde Ictero, chloroſi,

colicæ

colicæ vomitibus infeſtante, & malo hypochondriaco Sacra Anchora, ac alter Rhizotomos exiſtunt. In inflammatione renum, gonorrhæa, arthritide, Rheumatiſmo, ſcabie & aliis cutis exanthematibus, ex: gr: ſerpigine, ulceribus ſordidis, corroſivis, revmaticis, phagadenicis, & diſepuloticis, fluore albo, & tam in defectu, quàm exceſſivo menſium fluxu tum potæ, tum etiam permodùm balnei adhibitæ ſum̃opere conducunt. Hinc etiam in ſterilitate pluribus ſolatium causârunt. Ratione Arthritidis, & gonorrhææ quidam, an conducere poſſint? dubitant, nos hæreditariam ab adventitia diſtinguimus, in qua pro fomite exprimis viis eliciendo optimè conducunt. Ingo-

 norrhea

norrhea virulenta unicè Sydenham reprobavit, dum ait per assumptas omnia ruere in pejus, interim in lue Venerea, si quis acidulas pro sui medela amplexus fuerit, is; inquit ille, sinè omni scrupulo iisdem uti potest. An in paralysi conveniant, etiam distinctione opus est, in Paralysi scilicet ex Colica, & paralysi scorbutica conveniunt, in aliis autem affectibus paralyticis v. g. ex cerebro vel nervoso genere primariò promananti-bus minùs ob earum acidum conferre videntur. Vermium quoque expertissima sunt antidotus, ac universale omnis generis Intermittentium febrifugũ existunt remedium, tam potæ diluendo nidorosam cruditatem & infringendo acidum volatile

oleo-

oleoſum, & corroſivum, quâm etiam permodùm balnei adhibitæ imminente rigore; utpotè in febribus malignis diluendo, & ratione particularũ vitriolacearum potenter ſpirituum inordinatum motum pacando, & potenter figendo, eóſque ſua vitriolacea, ac quadantenus anodyna vi ſopiendo, & cauſam occaſionalem irritantem emendãdo ſingulare alexipharmacum habentur. Majoris momenti dubium etiam movet Platerus in ſuis obſerv: pag: 572. utrùm uſus Acidularum hydropicis etiam conveniret? cùm aquæ Acidæ adaugeant morbum, & in hydrope mortuis aperto abdomine aqua acida ſerô commiſta fuerit deprehenſa. Cujus rei contrarium ab experientia demon-

monſtratur; prout ſcribit Langius Diſſ: de uſu Acid: Egran:: Theſ: 10. §. 29. Acidulæ námque ſunt potenter diureticæ, & præmiſſis præmittendis melior modus hydropicos curandi non habetur, quàm per copioſum urinæ fluxum, hinc etiam neutiquam hydropicis poſſunt eſſe nocivæ, dummodò non bibantur malô jam nimis confirmatô, in quo caſu viſcera proximè jam corruptioni ſunt ſubjecta; aliàs profectò non nisi nemo negabit Acidulas maximè conducere poſſe in hydrope, qui ex febribus intermittentibus chronicis præcipuè quartanis, ictero, vitiis menſiū aut alia ſimili occaſione eſt productus. Quòd Phtyſicis minùs conveniant, minimè contrariamur, etiam tantùm

tùm diſpoſitis ad Phtyſim, & quorum pectus à crebrioribus catharrhis magis debile exiſtit, tales enim illud gas acidum, quod acidulæ ſpirant, minùs ſufferunt, quininde potiùs pulmones magis & magis labefactentur. Cautiùs etiam iis ſvaderi debent, qui conſtitutionis magis macilentæ ſunt, idque ex diſpoſitione plùs minùs hectica: qui verò ex quodam acido auſtero utpotè ſcorbutici, hypochondriaci, ſplenetici &c. exiſtunt, talibus omninò quàm optimè conducunt, nam poſt earum uſum habitiores redduntur, & meliùs habent. Quæ ſingula Medicus, cui Patiens nitidè ſuam mentem detegit, an & quomodo Acidulæ ſint uſurpandæ, facilè diſcernet, & judicabit.

dicabit. Quoad affectus externos mitigant acidulæ omnis generis articulorum dolores, juvant Ischiaticos, podagricos, & singulariter uti dictum ex colica paralyticos præcipuè in modum Balnei adhibitæ. Gyngivarum, ac aliis scorbiticis oris affectibus calidæ gargarizatæ summè sunt proficuæ; Virtus quoque illis adscribitur medendi fœtidæ exulcerationi naris interioris Ozenæ dictæ uti & Vermiculis Aurium &c. Expedit igitur ùt dictum, postquam Patiens experto Medicinæ Viro suam constitutionem pro possibili detexerit, ut omnia à Patiente relata priùs debitè examinentur, causæque morborum judiciosè ponderentur, & perpendantur, antequam ægroto Acidularis cura præscribatur;

batur; nam si ob quæpiam contra indicantia non possint prodesse, non debent etiam usurpari, ut obsint.

DISQUISITIO V.

qVaLIter aqVas Egrenses DebItè LICeat assVMere? InstrVIt.

CIrcà usum Acidularum tria potissimùm veniunt observanda: *Corporis conveniens præparatio*, *Tempus bibendi*, & *Quantitas*. Præparatio Corporis consistit in eo, ut universalia constitutioni Corporis cujuslibet ab Ordinario Medico accomodata, & respectu cujuslibet Individui naturæ congrua, præsertim primas vias mundificantia præmittantur,

quô

quô factò remotis ſcilicet impedimentis, & eò feliciùs & efficaciùs ſuam virtutem exerunt Acidulæ. Ratione Venæ ſectionis univerſaliter decidere æquè non competit, ſed reſpectu individui, ſi opus fuerit, ordinarius loci optimè judicabit. Tempus quod attinet, optimum, & commodiſſimum eſt Vernum, & æſtivum, tunc enim maximè ſunt activæ, & claræ, ſcilicet:

Majus, Junius, Julius, Augu-
ſtus, nam:

Menſes in quibus Rdisvadent ſu-
mere Waſſer.

Quamvis urgente neceſſitate etiam tempore Autumnali & Hyemali concedi poſſint, dummodo lagenæ earum benè obturatæ ſint, nam ex ipſo fonte pro hoc tempore aliqualiter turbidæ,

bidæ, minúſque efficaces haberi poſſunt. Quantitatem docet, natura & conſtitutio Patientis, ætas, ſexus, Evphoria, ſeu tolerantia, & conſvetudo, maximè autẽ reſpiciendum eſt ad tolerantiam. Modus bibendi conſiſtit in eo, ut à minori quantitate initium ſumatur gradatim aſcendendo à minori, uſquedum fiat progreſſus ad maximã doſim; Naturæ enim omne nimium eſt inimicum, veluti omnis mutatio ſubitanea Corpori noxia exiſtit, ut autem tantò perfectior Acidularum effectus ſubſequatur, in ſumma doſi aliquamdiu v. g. per decem vel quindecim dierum ſpatium perſeverandum eſt, ac tandem gradatim deſcendendum uſque ad infimam doſim; Illi namque,
 qui

qui mox ab initio in maxima
incipiunt dosi, in eáque persi-
stunt, ac tandem derepentè de-
sinunt, non absque graviori no-
xa tantummodò curam absol-
vunt, verùm etiam spe saluta-
ris effectûs totaliter frustrantur.
Bibuntur itaque præmittendis
jam jam præmissis primo die
tria vitra, secundo die quinque,
tertio septem, quarto vitra no-
vem, quinto die vitra undecim,
usquedum ad eam deveniatur
dosim, qua ventriculus plùs ca-
pere recuset, & quandam nau-
seam plùs assumendi percipiat
in qua dosi per unam aut alte-
ram septimanam continuare o-
portet, diutiùs quidem, si semel,
minùs diu si bis de die usurpen-
tur. Tandem iis gradibus de-
nuò descendatur, minuendo
scili-

ſcilicet omni die vitra duo; ità ut ſi maxima doſis fuerint vitra 13. altera die undecim aſſumantur, tertia die novem, & ſic ulteriùsuſque ad infimam doſim pro cedendum eſt. Qui modus & uſitatiſſimus & optimus habetur; quamquàm multis etiam ſequens arrideat; nimirùm ſumitur quotidie una ampulla terrea vulgò **ein Eger-Sauer-Brun-Flaſchen**/ quæ continent præter propter quatuor aut quinq; ſextarios, ac per octo vel novem dies ſi mediocrem, ſeu ùt ajunt mediam curam, vulgò **eine halbe Kiſten**/ ſi verò ſolemniorem, & integram abſolvere velint, per ſedecim vel octo decim dies continuatur, bibuntúrque non una vice affatìm, & præcipitanter, ſed aliquot vitra ſolummodò pro

una vice interpoſito hilari diſcurſu, & blanda deambulatione, aut leni corporis commotione, ut aliquali calore corporis excitato acidulæ meliùs actuentur, ac promptior earum fiat operatio, quando quidem ſic faciliùs deſcendunt per alvum, ac tali motu Corporis pori meliùs reſerantur, & copioſior diaphoreſis promovetur, quod pariter in priori methodo eſt obſervandum; oportet autem, ut tota lagena, ſeu ſic dicta amppulla terrea intra ſemialteram horam ebibatur. Quamquàm quibusdã non niſi mediam epotare præſertim in loco, ſæpius ſit moris, cùm ex aliquali obſervatione eos non lateat, quòd inferior medietas jam quaſi iners, & aquoſa, nulliùſqne ſaporis acidularis

rema-

remaneat ſuperſtes. Illi qui Ventriculum habent quodammodo debilem, bibunt eaſdem calidas inſtar ferè thermarum, aſſumúntque pro roborando ventriculo confectionem Aniſi, fœniculi, Zinziber conditum, calamum aromaticum, cortices aurantiorũ conditos, aut morſulos ſtomachales, vel manè unâ horâ ante acidularum potum in pauco vehiculo calido elyxyriô Proprietatis, aut aliâ Eſſentiâ ſtomachicâ utuntur. Aliàs autem bibuntur acidulæ vacuô exactè ac jejuno ſtomacho, secùs vel fruſtrà, vel non abſque inſignioribus turbis poterunt uſurpari, ex qua ratione (nisì ſpeciales circumſtantiæ Patientis Acidulas bibentis conſentiant) poſt meridiem rariùs ab

 Ordi-

Ordinario Loci Medico ſvaderi ſolent, præcipuè ſi prandium largius aſſumatur. In ipſa actuali cura ad hoc quoque reſpiciendum eſt, ut Emunctoria Corporis ſint aperta, atque fluida, & quidem ad minimùm bis in die, nè particulæ Martiales præcipitatæ inprimis viis ſubſiſtant, hinc motus per loca convenientia debitè obſervetur, oportet, & ſi natura per eadem evehere non ſuffecerit, medicamentis adjuvanda eſt; Accidit enim interdum, ut pedes quibuſdam intumeſcant, niſì alvum beneficiô clyſmatis ſervent apertam, ordinariè autem primis diebus per alvum operantur, ſi verò demum tantum non excernatur, quantum aſſumitur in progreſſu ulteriori, alvus leni-

ter

ter exiget ſtimulari aſſumptis v. g. unâ horâ ante cœnam pillulis aloëticis aut Emanuelis, aut in primo vitro diſſolvi poterit ſyrupus roſarum ſolutivus vel etiam ſyrupus mannatus Horſtii, vel ſyrupus florum perſicorum, aut horâ unâ vel alterâ ante aſſumptas acidulas ſumantur morſuli purgantes. Ut itaque ſingulis ſatisfiat circumſtantiis, & debitè reſpondeat alvus interdum tertia vel quarta qualibet die pillulæ quædam uſuales aſſumi poterunt,aut infusô quodam ſennatô poterit provideri, ídque uti dictum unâ alteráve horâ ante hauſtum acidularum, tali modo enim mirabiliter operatio & tranſitus acidularum promovebitur, veluti neutiquâ nos latet, ſi à meridie duabus

 circi-

circiter horis ante cœnam ſumptum ex ſupra dictis vel aliis medicamentis laxativum, quòd ſequenti manè acidulæ potæ meliùs operentur aut etiam ſi laxativum matutinô tempore aſſumatur, matutinus potus poterit intermitti, & ſubſtitui pomeridianus: nam ſi purgatio intermittatur, plerúmque plùs mali, quàm commodi ſentitur. Clyſmata etiam commodè uſurpantur, tam matutino tempore ante acidulas aſſumptas, qvàm veſperi poſt potum. Urina etiam copiosè fluat oportet; & tantum ſaltèm ejuſdem excernatur quantum Acidularum aſſumitur, quod quidem rariùs primis octo diebus contingere ſolet, quia ſub his communiter per alvum operantur. Interim ut demùm

demùm tantò commodior promoveatur urinæ fluxus, interdum Tinctura Tartari vel Essentia aperitiva de tribus, vel aliud simile remedium in usum trahi potest. Absolutâ itaque Curâ Acidulari, quàm optimè sibi cõsulunt, qui balneò acidulari faciunt coronidem, partim ut viscera abdominis ad debitum tonum denuò redigantur, & post remota abintrosumptis interna impedimenta, externarum partium mala per balneum acidulare meliùs valeant removeri. Cujus usum dabimus Disquisitione nona. Hic & nunc ordo exigit, ut de Acidularum operandi modo breviter discurramus.

DI-

DISQUISITIO VI.

QVa ratIone ACIDVLæ Egrenſes operentVr, & an aLIò transVehI poſsInt? reMonſtrat.

POſtquàm jam ex præcedentibus cujuslibet mineralis qualitas, & virtus nobis innotuit, neceſſarium eſt, ut & modum operandi præſentibus dilucidemus, ac quomodo in Corpore aſſumptæ ſuam vim exerant, demonſtremus. Ratione igitur partium eſſentialium acidulæ in corpore aſſumptæ operantur hoc modo: nimirùm ratione martis acidum vitioſum, errore primæ digeſtionis genitum primas vias, & hinc maſſam ſanguineam occupans abſorbent,

ſorbent, & per alvum evacuant, ratione acidi ſulphuris abſtergunt, primas vias mundificant, & ſalia hæterogenea mediante ſeroſo latice per urinam aut ſudorem educunt, ac ità ſvaviter vim ſuam exerunt ſalutarem, leniter enim calefaciunt, ſuperfluas ſeroſitates auferunt, & exſiccant, ſalia quæcunque ſylveſtria in maſſa ſanguinea latentia contemperant, æſtum & diſcraſiam viſcerum præſertìm hepatis & renum corrigunt, ac emendant, particulas tartareas tum in ſeroſo laticè, tum etiam in maſſa ſangvinea hærentes tã per alvum, quàm per urinam & peripheriam corporis eliminant, viſcera & vaſa mundificant, ac varios eorum infarctus detergunt, partibúsque debitum

tonum

tonum reſtituunt, præterea ſalia acida vitioſa in corpore abſorbent, & per alvum educunt. Atque ità aſſumptæ Acidulæ, ſuccum gaſtricū ſeu fermentum ſtomachale acuunt, & exaltant, ut inde ſingularis naſcatur fames; hinc ventriculum variis refertum ſordibus quàm optimè repurgant. Externè permodū balnei uſitatæ ratione particularum balſamico-Sulphurearum totum corpus leniſſimè calefaciunt, & effectum introſumptarum tantò feliciorem accelerant, ac ex eadem cauſa omnia viſcera & membra quocunque modo facta debilia, confortant, ratione particularum ſalino-nitroſarum duritiem, ſcyrhoſitatémque viſcerum velutì hepatis, lienis, ac meſenterii leniter

niter emolliunt, & adhærentem viſcoſitatem abluunt ; hinc paralyſin ex earum uſu tollere nemini non notum eſt. In variis partium genitalium affectibus (præmiſſis præmittendis) quid balneum acidularum ratione vitrioli Martis, & particularum balſamicarum ſulphuris præſtet, plurimi ſunt experti, quando quidem mundificat ulcera, & materiam acrem ac corroſivam ſummopere detergit. Et hæc de modo operandi acidularum tam intrinſecè aſſumptarum, quàm extrinſecê permodùm balnei uſitatarum dicta ſufficiant; quomodo balneum earum ſit uſurpandnm, ſuô locô dicetur. An autem Acidulæ extra locum naturalem aliorſum tranſvehi, & an eodem operandi modo ſuum

ſuum ſalutarem alibi exerant effectum, aut an neceſſariò requiratur, ut in loco ſcaturiginis hauriantur? generalis à multis eſt mota quæſtio; à paucis autem quoad ſpeciem deciſa habetur; plures namque dantur Acidulæ, quæ acidô eſurinò ſunt ditiores, multæ ècontra magis ſcatent minerâ martiali. Certum tamen eſt, acidulas in lagenis aliquamdiu aſſervatas deponere Hypoſtaſim terreo-flavam, ſeu minerã martialem ab acido eroſam, uno nomine Ochram dictam, quæ ubi penitùs imbiberit acidum ſolvens hoc ſecum coagulat, quod acidum in minera ità coagulatum ad fundum præcipitatur, cui quoddam phlegma minùs utile ſub acidum, parùm ſulphureum odorem ſpirans

rans ſupernatat. Tales omninô aquæ tanquam acidô eſurinô minùs locupletatæ, & reſpectivè magis martiales in loco natali oportet, ut bibantur; alioquin acidum à minera abſorptum præcipitatur, & aquam viribus deſtitutam, minúſque, vel planè inefficacem reddit. Minùs itidem eſt fundatum argumentum eorum, qui dicunt acidulas in vaſe clauſo aſſervatas ſufficienti adhuc ad præſtandum effectum turgere ſpiritu, quia, ſi paululùm operculum relaxetur, ſpiritus cum impetu erumpunt. Quæ ratio ex eo ſubſiſtere non poteſt, cùm omne acidum ſolvens quamcunque mineram metallicam ſubroſione, & ſolutione gas ejus elaſticum, & volatile emittat, quod ex defectu ſpatii quan-

quandoque vaſa disjicit, hinc in acidulis urgente adhuc actione acidi rodentis in mineram, etiam ſimile gas excitatum ſimiles effectus producere ſolet. Acidulæ verò, quæ hoc acidô eſurinô ſunt ditiores quales ſunt Egranæ, in his omninò diutiùs illud acidum operationem in mineris exercet; qua de cauſa hoc coagulum in forma Ochræ tam citò fundum petere non poteſt, hinc aliorſum tutiùs tranſvehuntur, quantumvis, ſi diutiùs aſſerventur, etiam non levem virium jacturam patiantur. Et hæc brevitati ſtudentibus dicta ſufficiant, quæ de modo ſumendi, & per Incidens de translatione acidularum aliorsùm libuit inſerere, jam Diætam tempore Curæ ordinare ordo exigit; Cujus ſit:

DI-

DISQUISITIO VII.

DIætæ regVLas, & ratIones teMpore CVræ VnIVersaLIter ponIt.

QUantùm emolumenti Diæta, seu debita sex rerum non naturalium administratio, tum ad conservandam, tum etiam ad restituendam pristinam conferat sanitatem, non nisì Nemini ignotum est; Quàm necessaria autem sit in Cura Acidulari, potissimùm constabit illis, qui postpositâ debita ratione vivendi non solùm acidulas in cassum assumpserunt, sed & pluribus extorti symptomatibus, fine, ac peculiô frustrati ad Lares revertêre. Unde Aëris præprimis ratio est habenda, quò enim

 purior,

purior, ſiccior, & calidior eſt aura, tantò activiores redduntur Acidulæ, & palatui ſuo ex mineris inexiſtentibus promanante acore exiſtunt gratiores, hinc etiam non nisi ſerenô äere ſolent ampullæ illæ terreæ repleri, ut ſi aura univerſalis minùs faveat, ac ex nebuloſo aëre aut Imbribus minùs puriores haberi queant, in cubilibus temperatè excalefactis efficaciores aſſumi valeant; Victûs rationem, ſivè cibum & potum quod attinet, cavendum eſt ab alimentis Diſchymis, & diſpeptis, ſeu ab omnibus illis, quæ pejoris ſucci, & difficilioris digeſtionis eſſe cenſentur; Hinc primò panis ſit bene piſtus, & non nimis recens, neque nimiùm induratus, ſed ſit unius diei piſtus, oportet, nè inflatio-

flationes, & obſtructiones, quæ in Cura Acidulari plurimùm ſunt cavendæ, inducantur. Hinc omnis generis Fabæ, Milium, Oriza, Lentes, & piſa ex leguminibus exulent, neceſſe eſt. Non minùs Acetaria, lacticinia cum fructibus horariis ſummopere cavenda, exceptô Naſturtiô aquaticô, aut Beccabungâ cum pauco Sacharo aut melle contrita, quæ in minori quantitate tutiùs permodùm alicujus alterius acetarii aſſumi poſſunt. Aliàs etiam Lactuca ſativa, portulaca, dracunculus hortenſis, endivia, cichorium, acetoſa, chærefolium, pimpinella, braſſica, ſpinachia, petroſelinum & ſimilia carni Vitulinæ, aut etiam agninæ incocta pro re nata concedi ſolent; Ex fructibus Ficus

maturæ, amigdalæ dulces, nuces pineæ, piſtachiæ, poma dulcia, & præſertim miſniaca cum paſſulis minoribus, ùt moris eſt, præparata quandoque admittuntur; Ex quadrupedibus animalibus cibi deſumpti optimi cenſentur; Caro bubula, vitulina, ovina, junior, & agnina, hinc etiam junior leporina. Ex volatilibus Ova gallinacea, gallinæ junior, anſer & anas juniores bene ſaginati, pulli gallinacei, Gallus indicus junior, Capones juniores, & probè ſaginati, perdices, attagenes, phaſiani juniores, columbæ juniores, alaudæ, ruſticulæ, & aliæ aviculæ montanæ pro diverſitate ſubjecti habent locum. Ex piſcibus optimi habentur trutæ minores, ſalmunculi, thymalli, ſunduli, lucii

mino-

minores, percæ fluviatiles, salmones rhenani, & ex nostra albi, halex recens &c. Potum quod attinet, hic, pro varia subjecti dispositione & consvetudine accomodari debet. Quidam enim Cerevisiam, alii vinum, alii etiam aliquod decoctum pro potu ordinario bibere sunt asveti; unde consvetudini hoc in passu plurimùm annuendum est, consveta enim licèt etiam deteriora sint, *ùt loquitur Divus Hyppocrates*, minùs molesta esse solent. Interim potiori ex parte durante Cura Acidulari Cerevisia ùt plurimùm congruus existit haustus, dummodo hæc ex bono tritico, aut hordeo, vel ex utroque simul confecta sit, & meliori cōdita lupulô, ac præter maltum, & lupulum & aquam nihil

recipiens, bene coꝯta, ac defœcata, conſiſtentiæ mediocris; coloris non adeò intenſi, mediæ ætatis, & moderatè hauſta; quanquàm etiam pro re nata moderata quantitas Vini Rhenani, Necarini, aut Herbipolenſis in menſa concedi ſoleat. Somnus diurnus pro poſſibili vitandus, nisi accideret præcedentem noꝯturnum, exquibuſcunque affeꝯtuum circumſtantiis, fuiſſe pauciorem; alias optimus eſt noꝯturnus, moderatus; duabus circiter poſt cœnam horis, intercedente aliquali deambulatione, inſtitutus. Vigiliæ itidem ſalubriores ſunt moderatæ, & debito tempore admiſſæ; nimiæ enim pariunt cruditates, & caput debilitant. Motus quoque melior eſt, qui mode-

ratus inſtituitur poſt paſtum, ſervato reſpectu modi, ætatis, conſuetudinis, ſexûs, & dignitatis. Immoderatus namque corpus debilitat, & poros, nimiùm relaxat; hinc ſpiritus exagitati facilè diſſipantur. Quorum reſpectus in Cura Acidulari potiſſimus habetur, & ad refocillationem illorum requies ſuadetur moderata. Excernenda ſi tam quoadſubſtantiam, quantitatẽ, qualitatem, vires, quàm modum & tempus atque locum ritè ſe habeant, Retinenda quoque benè correſpondeant, conducunt ſanitati. Animi paſſiones tandem modum nè excedant, oportet, præſertim autem triſtitia, Ira, terror, caveantur. His itaque legitimè, & debitè ſervatis, ſi quæpiam ex puro potu Acidu-

larum etiam exorirentur ſym-
ptomata, tantò faciliùs (ùt ſe-
quenti Diſquiſitione dabimus)
iiſdem poterit obviari.

DISQUISITIO VIII.

aCCIDentIbVs MorbosIs eXqVIsItè obſtat.

EX prioribus dictis conſtat, quòd Acidulæ Egrenſes ſubtilibus, copioſis, & penetrantibus particulis ſpirituoſis ſint imprægnatæ, unde facilè, veluti per alium hauſtũ ſpirituoſum contingere ſolet, in caput elevantur, ibíque fibrillas nerveas moleſtè vellicando aliqualem, attamen non apud omnes, & ſingulos æqualem inducunt Cephalalgiam, verùm Unus de majori, & vehementiori, alius iterum de leviori conqueritur dolore, plures etiam

am immunes Curam continuant; Similes autem dolores capitis, ſi non ex quibuſdam Diætæ erroribus exoriantur, abſque omni medicaminis adminiculo evaneſcunt; quod ſi verò de die in diem dolores augerentur, capútque aliunde heterogeneis infarctum foret humoribus, his pro re nata Loci Ordinarius Medicus per remedia cephalica congrua facilè obviabit. Quandóque Vertigo, Tinnitus aurium, dolor dentium, Ophtalmiæ, &c. ſuboriuntur, quæ ſingula omninò ab activitate Acidularum procedunt, dum ſcilicèt humores vitioſi per metaſtaſim in ſimiles partes translati actuantur, & tam moleſta interdum ſymptomata inducunt, hæc autem intra exiguum tempus abſque o-

mni aſſumpto remedio mitigantur & facilè diſparent. Ventriculi affectibus quôd Acidulæ medeantur, jam ex præcedentibus conſtabit, interim tamen debilior ejuſdem conſtitutio (etsi rariùs) aliqualibus inflationibus tentatur, præcipuè dum Acidulæ utì ſuperiùs jam innuimus, non debito tempore, neque in loco commodo aſſumuntur, hæ minoris conſiderationis exiſtunt; nam bonô vitrellô vini ventriculum confortando inflationes tales commodè diſſipantur; & ſi etiam neceſſitas urgeret, morſellis, aut alio ſimili remediô ſtomachali poterit adjuvari. Vomitum ſymptomaticum quod attinet, cùm aliùnde notum eſt nullam vim emeticã ineſſe acidulis, ac vix in centeſimo

mo accidat ſubjecto, pro opere naturæ à Medicis habetur, nam hæ non per unam eandémque viam operari ſolent, ſed ſecundùm materiæ vitioſæ proportionem nunc per ſuperiores, nunc etiam, quod communius, per inferiores vias ſatagunt evacuare, caſu quo autem alvi obſtructio adeſſet, & quæpiam tormina abdominis ſentirentur, ac non niſì quidpiam aquæ vulgò des Hertz Waſſers per conatum elevaretur, indicat materiæ digeſtionem, præcipitationẽ, hinc Ventriculi corroborationem fore neceſſariam. Quodſi de tenſionibus ac inflationibus hypochondriorum conquerantur, quod accidit, dum obſtructio hepatis aut Lienis incipit reſerari, in caſſum remedia exhiberentur,

tur, nam breviori patientiâ ipſæmet evaneſcunt, ſi autē magis ab Impatientia, quàm ipſiſſimis accidentibus aliquomodo premerentur, iis per topica ſuccurrere conſultum erit. Conſtat itidem, quòd dum tanta copioſa vitioſorum & acrium humorum in Cura acidulari per inteſtina potiori ex parte evacuari debeat, ſæpius inteſtinum rectum excoriationem tunicæ interioris patiatur, unde Patientes conqueri ſolent de dolore & ardore ejuſdem inteſtini, ſimiles autem dolores etiam per unam noctem ſolùm, citrà aliquod leniens remedium iterum ſedantur: Non parùm etiam terrentur Patientes, quibus pedes circa malleolos aliqualiter in Cura intumeſcunt; aſt & hos

bonô

bonô animò esse decet, neque propterea desistere ab haustu ulteriori, quandoquidem acidulæ solæ ultroneè assumptæ sufficientes sunt, in talibus imò majoribus etiam ædematosis tumoribus debellandis solatium adferre; quod vel inde patet, dum in epilogo Curæ profluvium alvi superveniens utpotê proprio naturæ motu superfluas serositates tollere est natum. Qui spasmodicis contractionibus alias sunt subjecti, iis omninò duriora accidere solent articulorũ symptomata, propter fixioris, & acrioris materiæ commotionem, sed his levi topicô remediò immediatè succurritur, hinc per balneum radicaliter curantur. Plura minoris momenti symptomata, si quæ præter re-

censi-

censita acciderent, debito vitæ regimine, & præsentis Medici judiciô tolluntur. Quodsi autem quispiam morbus ità radicatus & inveteratus fuerit, & ex alicujus visceris corruptione originem ducat, ex indéque Loci Medicus Ordinarius symptomata promanare exactè judicet, in simili passu non solùm ab inchoàta cura desistere oportet, verùm nec competit curæ sumere initium, nam uti periculo vitæ Patiens, ità & noster Thesaurus incomparabilis, opprobrio vulgi, qui alìas per tot centenos annos millenis Salutis Anchora exstitit, exponeretur, uti perbellè meminit *Gratianus*, dum de Usu Acidularum loquitur, quòd, vix ad ullum aliud medicaminis genus exhibendum tantâ circum-

cumſpectione, atque tam accuratâ conſideratione opus ſit, quantam in præſcribendis Acidulis, adhibeant Practici neceſſum eſt. Et tamen non pauci inveniuntur, qui inde intricatarum ægritudinum, quarum cauſas nondum fortâſſe noverunt, medelam quærant: quique eventu ſecundùm vota non ſuccedente, culpam omnem in Acidulas rejiciunt, quaſi hæ ineptæ comparandæ incolumitati ſint, non ii eaſdem inconſultò temeréque præſcripſerint. Notandum etiam, quòd abſolutâ curâ Acidulari appetitus magis vigeat, faméſque vehementior oriatur, cui neutiquam fidendum, cùm acidularum effectus quandoque poſt longius temporis intervallum manifeſtetur, & ſi ventriculus

culus copioſioribus interea alimentis & potationibus obrueretur, pluribus cruditatibus anſa non ſolùm præberetur, ſed locò ſalutaris effectûs graviores morbi ſuborirentur. Quamobrem per plures menſes regula exactior vivendi diſcedentibus ſuadetur, ut tantò certiùs eundem finem, cujus gratià non ſolùm longinquiùs ſufferunt iter, verùm & majoribus habitis expenſis, exoptatæ ſanitatis apicem conſequantur.

DISQUISITIO IX.

BaLneVM aCIDVLare breVIter InſtItVIt.

ANtequam methodum uſurpandi Balneum acidulare deſcribamus, præviè in quibus affectibus extrinſecè ſuam vim exe-

exerant acidulæ diſquiremus. Sciendum autem eſt, quòd virtus earum extrinſecè uſurpandarum conſiſtat in ſale fixiori, & earum ſulphure volatili, hinc textura, ac ſtyptico earundem ſapore ex mineris inexiſtentibus promanante, qua ratione externè adhibitæ conveniunt in omnis generis affectibus partium nervoſarum, ex atonia ſeu reſolutione fibrillarum propullulantibus; itèm in doloribus quibuſlibet fixis, & vagis, hinc in ſpecie in paralyſi & ſtupore partium, metu apolexiæ ſummporè exiſtunt ſalutares, non minùs in doloribus brachiorum, crurum, & Cephalæis, aliíſque capitis doloribus periodicis, ac morbis convulſivis partium externarum egregiè conferunt, utpotè jam in

propatulo eſt, quòd colicas convulſiones, indéque paræſes artuum exortas ac contracturas mirum in modum ſoleant compeſcere. Sulphur enim earum eſt ſummè penetrans, cum quo ſubtiliora mineralium in exiſtentium ſalia quaſcunque partium viſcoſitates acidas nervoſo generi inimicas reſolvunt, & ſapore ſuo quodammodo ſtyptico, partes nerveas reſolutas firmant, earundémque acidum corrigendo per ſudorem feliciter educunt. Porrò etiam in doloribus nephriticis ſunt ſalutares, anaſarcam hydropem quoque, non tamen confirmatum quàm optimè curant, unde & tumores partium flatulentos, ac indè ortas inflammationes egregiè diſcutiunt. In ſterilitate mulierum præ-

præcipuè, quarum uterus atoniâ laborat, & variis ſordibus eſt infarctus, hinc in fluore albo Thermis neutiquam cedunt. In affectibus podagricis attamen non confirmatis, in quibus jam jam acidum fortius locis articularibus ità infixum eſt, ut ad nodos proximè diſponat, his omninò propter vim ſtypticam non tantùm non nocerent, ſed et in contracturam dejicere poſſent; nam:

Tollere nodoſam neſcit Medicina Podagram.

Non confirmatis autem propter vim reſolvendi, & diſcutiendi, ac partes nerveas roborandi quòd multùm conferant, frequentior experientia conteſtatur, proùt de nomine quorundam meminit in ſuo contractu

Ettnerus & de Bois pluréſque alii. Poſt paroxiſmum enim ita roborant articulos, ut minùs frequenter recidivam perpetiantur. In affectibus cutaneis, utpotè ſunt ulcera inveterata & peſſimi moris, ſerpigines, ſcabies ferina, & contumax, imò & lepra, nisì nimis ſit exceſſiva & inveterata, impetigines, lentigines, ac peâum tumores ædematoſos, & alia plura vitia cutanea propter ſuum ſulphur reſolvendo ſuccos viſcidos, & tenaces, hinc abſtergendo ulcera feliciter tollere conſveverunt.

Nocent ècontra acidulæ etiam Balneo adhibitæ tabidis, atrophiâ correptis, & Corporibus extenuatis ad hecticam diſpoſitis, in his enim ſudores colliquativos excitando minùs ſunt ſalutares.

ſalutares. His itaque priùs cognitis nunc ad modum balneandi nos convertimus: Imprimis requiritur, ut balneum hoc acidulare inſtituatur in loco commodo (in quo paſſu Inclytus Magiſtratus omni modè providere ſatagebat) ſeu in hypocauſto calefacto, in quo balneans pro libitu calorem balnei per quempiam ſibi adſtantem poterit moderare, quamvis primum remiſſiùs ingredi ſit conſvetum, nè fortaſſe ex intenſiori prima vice adhibito per qualecunque ſymptoma emergens puſillanimis reddatur, caput ſit vittâ, tectū & corpus induſiò proùt moris eſt, proviſum eſſe debet. Qui igitur Curam acidularum in- & extrinſecam debitè inſtituere anhelat. Ei ſequens methodus

thodus poterit inſervire: Tribus diebus videlicèt bibendo, uſque ad ſummam doſim continuabit, deinde duabus diebus balneabit, ac ſic alternatim continuando, donec in ſuo affectu ſentiat levamen. Qui hac methodo utuntur poterunt tribus horis ante prandium balneare, in quo paſſu etiam regimen eſt obſervandum, & quidem prima vice non nisi mediâ horâ inſidere oportet; ſequenti die unâ horâ, tertia die ſemialtera ad ſummum, quamvis conſtitutio ſubjecti tempus inſidendi ipſamet determinet. Aliquibus moris eſt, antequam balneo inſideant inungere ſcrobiculũ cordis quodam balſamô, aut alio oleo ſtomachali, quod etiam nullatenus pro corroboratione ventriculi

eſt improbandum. Abſolutô dein balneô abſtergatur corpus linteis myrhâ aut olibanô, vel alio ſimili aromate ſuffitis hinc in lectum compoſitus Patiens mediâ aut unâ hora ad minimùm quieſcat, donec aliqualis ſudor citrà ſomnum erumpat, hinc lectum deſerendo modicùm ante paſtum deambulandum eſt. Mulieres autem in Cura menſtruantes abſtineant à Diaphoreſi donec iterum ſubſiſtant. Illi, quibus bibere ac balneare competit, tempeſtivè potũ inhoënt, eſt neceſſe, & ſi intraquatuor horarum ſpatium acidulæ ſuam operationem exererint, citra omne periculum circa horam ſextam poſt meridiem tribus quadrantibus horæ balneo poterunt inſidere, attamen ſi tribus diebus conſe-

 quen-

quenter tali modo continuaverint ſubſequentibus tribus iterum requieſcant, nè dum citiùs ſanati eſſe cupiant, magis debiles reddantur. Ulceribus pedum & crurum affecti, poſſunt etiam pediluvium tepidum veſperi per mediam horam uſurpare, & poſtquam per ſe pedes ſiccati fuerint, ſuffitis linteis involvantur, ſudantibus de nocte licebit etiam manè uno quadrante horæ balneare, in debilitate pedum ſolum pediluvium ſatisfacere aptum eſt. Quid ſtillicidium calefactarum Acidularum in quacunque corporis parte affecta præſtet? aliunde ex millenis effectibus jam eſt patulum. Unica adhuc quæ nobis intacta maneret quæſtio, eſt: Cur Acidulæ, utì Thermæ etiam non caleant? cùm

etiam

etiam Acidulæ, uti ſuperius diximus, fiant ex roſione ſalis quaſi univerſalis in venam metallicam, quæ actio vix ſinè effervervescentiæ motu, & ex æſtuatione fieri videatur? Reſpondemus breviter: Acidum Acidularum eſt magis aquâ dilutum, & quia ipſamet vena metallica propriô acidô plus minùs jam ſaturata eſt, etiam minori impetu, & blandiore roſionis actu fiunt Acidulæ. Atque hæc ſunt, quæ de Acidulis Egrenſibus juxta meam tenuitatem valui recenſere, Faxit Ter-Optimus Deus, in cujus Gloriam Incolumes vivere ſtudemus, ut per earundem debitum uſum pretioſiſſimæ Valetudinis ſingulis affulgeat

F I N I S.



Vetero-Pragæ, in Magna Aula Carolina, Typis Hæredum Labaunianorum.



ELENCHUS QUÆSTIONUM.

Quæst. I. An situs Loci ad vim Acidularum quidquam contribuat? ℟. *Affir.*

Quæst. II. An Acidulæ vulgo Ferinæ seu spuriæ dictæ sint nocivæ aut venenatæ? ℟. *Negativè.*

Quæst. III. An non æquè, ùt usuales tam efficaciter possent usurpari? ℟. *Affir.*

Quæst. IV. An virtus acidularum consistat in Vitriolo Martiali? ℟. *Negativè.*

Quæst. V. An respectu Sulphuris, & mineræ auri sint nobiliores

liores? ℞. Affirmativè.

Quæst. VI. An vis purgans & aperiens consistat in particulis mineræ martialis subtilioribus? ℞. Negativè.

Quæst. VII. An usus Acidularum omnibus pectoris affectibus sit nocivus? ℞. Neg.

Quæst. VIII. An tamen quandoque Phtysicis conueniant? ℞. Affirmativè.

Quæst. IX. An in Lue Venerea etiam remedium existant? ℞. Affirmativè.

Quæst. X. An hydropicis tutò Cura Acidularis suaderi queat? ℞. quandoq;.

Quæst. XI. An semper necessariò

ſariò ante Curam Adidularum debeat præmitti purgatio? ℞. Negativè.

Quæſt. XII. An acidulæ potæ pro diverſitate ſubjecti hunc calefacere, illum refrigerare valeant? ℞. Affirmativè.

Quæſt. XIII. An conſultiùs & convenientiùs ſit ſuadere potum frigidarum, vel calefactarum acidularum? ℞. Problematicè.

Quæſt. XIV. An effectus Acidularum perfectior ſit ex operatione per alvum, an verò per diureſim? ℞. per diureſim.

Quæſt.

Quæst. XV. An Acidulæ tantum operentur copia & pondere, quantum sua intrinseca qualitate? ℞. *Affirmat.*

Quæst. XVI. An diætæ ratio consistat purè in observatione debita sex rerum non naturalium? ℞. *Negativè.*

Quæst. XVII. An necessariò bibentium acidulas s. v. excrementa colore nigricante tincta esse debeant? ℞. *Neg.*

Quæst. XVIII. An acidulæ tutò pro potu ordinario assumi, aut an vino in mensa prout quibusdam moris est, valeant commisceri? ℞. *Negativè.*


Quæ-

Quæst. XIX. An durante Curâ symptomata suborta careant periculô? ℞. Affir.

Quæst. XX. An Acidulæ per modùm balnei adhibitæ accelerent salutarem effectum introsumptarum? ℞. Affirmativè.







F C L von LIBENECK
GRP
10/52

